

locus vbi vna calcatur: sic dictus: quia pedibus calcatis
feriatur. Dicitur etiam locus vbi res vendantur: vel a fando
vel quia foris est. Dicitur etiam locus vbi cause tractantur
vt dicit ysidorus libro decimoquarto capitulo. de foro. vel
a fando vel a foronio quod primus grecis legem dedit. Dicitur
etiam locus tabulatus in nauis a ferendo: quia fert incessum
hominum. Dicitur etiam foramen in nauis quo remi mittuntur
a forado. Hic autem accipitur pro causis & loco vbi red
duntur cause: cuius conditio in hoc scelere detestanda est
quia promittit a sacris hominem euelli: sed si respicias castra
eque magna orietur indignatio vt patet in exemplo sequenti.

Cum gajo &c Ostendit seditionem in castris com
missam dicens. Cum lege sulphicia id est per sulphiciam data
provincia asia gajo mario: vt aduersus mitridatem regem
ponti bellum ageret: priuato id est soli sibi sine socio & non
sub consulatu nomine: quia non fuit in ordinaria dignitate
positus: decreta esset. ipse quendam suum de quo confidebat
amicum ad lucium Sillam consulem per rebus expediendis bel
licis misit: quem milites interfecerunt. Ideo dicit missum
ab eo mario genitium legati. i. nunciium & ambasiatorem
ad lucium Sillam consulem. causa accipiendarum legionum. i.
per milicia expedienda: milites trucidauerunt. Dicit tamen
prosius libro quinto. quod Silla genitium marii legati ante
primam victoriam belli ciuilibis occidit. de militibus & de
causa que hic ponitur nihil dicens. & subdit causam. Indig
nati procul dubio quod a summo impio id est consulatu Sille
cui subiecti erant: ad eum id est marium qui in nullo honore
versaretur. quia non erat factus consul: transire cogentem
non autem erat tunc dissensio inter Sillam & marium. Ideo
dicit autem. sed qui. i. quis ferat id est quis sustinere posset
militem Scitaples id est statuta scitu plebis facta exicio
. i. morte legati corrigentem: quasi diceret nullus. sed hoc
fecit violentia & seditio. verum istud tam violenter scelus
illatum a militibus aduersus proconsulem: quia aduersus
marium qui consul non erat. sed locum consulis tenebat.
Illud vero quod sequitur exercitus aduersus consulem.

Silla